Fragmentarium

morte abraham. ysaac. et iacob. et
aliorum patriarcharum. et cetera. quanta ad
huc est fame eorum claritas. maior ad
huc claritas est fame mortuorum quam
uiuorum. Sed erit cumque in hac ciuitate
unum uiuet. pauperes defensaret. discor
des concordaret. fama eius ipso mortuo et
uiuet. Eccl. xliiii. Nomen eorum uiuet
in generatione et generationes. Clarum
quod conserues nomen tuum ut clarificetur
in te nomen summum. Nomen utique de
quo Io. xii. pater clarifica nomen tuum.
venit quod uox de celo. et clarificaui
et adhuc clarificabo. Clarificauit
enim sicut dicit Glo. factis mirabilibus
que egit. scilicet lazarum suscitando. v. milia
v. panibus saciando et cetera. Sic utique nomen
sancte Marie. et in clara nomen dei clarificatur
est. cum eius meritis. et si non v. quia tamen .i. so
rores dimidio pane saciate sunt.

¶ De iiii. scilicet quod apostolus loquitur de glori
ficatione corporum resurgencium ait .i.
Cor. xv. alia claritas solis alia clari
tas lune alia claritas stellarum. stella enim
a stella differt in claritate sic et resur
rectio mortuorum. Quotquot erunt milia
corporum glorificatorum in celo quot tot erunt ibi
soles. Claritas autem animarum incomparabiliter
erit maior. B. Quantus putatis tunc
erit splendor animarum quando splendorem solis
lumen habebit corporum. ipse enim de lumine
erit animarum. Apoc. xxi. Ciuitas non ege
bit sole neque luna ut luceat. Nam cla
ritas dei illuminabit eam. Quanta est
hodie claritas corone sancte Marie. quam
cum innumeris coronis uisitauit virgines
castas celestes in morte sicut de ipsa legitur.
macula non est in te. Can. iiii. Si ubi deo
conueniret bene clare dicit potuit quia uita
et gratia et nomine clara fuit. Clara
autem non fuisset. ut macula caruisset. conueniret
quod ait deus bene clare. Tota pulchra es amica
mea et macula non est in te. Quadruplex est macula
a qua immunis fuit sancta Maria. Est enim macula con
scientie. macula lingue. macula vite. macula fa
me. Bx. In festo innocentum. In Simone
sine macula.

Astitit regina a dextris tuis. Regina
celi et terre est beata virgo maria. que hodie ad
dexteram dei astare cepit in gloria. Io. Regi
na mundi hodie de terris. et de presenti seculo
nequam eripitur. Iterum dico gaudete. Sed attendi
te karissimi quod regina debet habere regnum co
mitatum regnum uestitum regnum thronum. regi
um dyadema. Sic est regina nostra hodie
ad regnum assumpta. habuit comitatum copi
osum uestitum speciosum thronum gloriosum. dyade
ma preciosum. ¶ Primum significatum est .iii. Reg.
x. ubi dicitur. Quod regina saba ingressa est
ierusalem cum comitatu multo. et diuiciis. came
lis portantibus aromata et aurum infinitum ni
mis et gemmas preciosas. Hec regina est ma
ria. hanc uere fatentur reginam celorum pro eo
quod regem peperit angelorum. Ista regina in
gressa est hodie ierusalem celestem cum multo
comitatu angelorum. B. Quis excogitare pro
ut sufficiat quam gloriosa hodie regina mun
di processit. et quanto deuotionis affectu tota in
eius occursum celestium legionum prodit multi
tudo. Quid mirum si angelos in comitatu suo
habuit maria. cum et hoc de aliis sanctis legatur.
et de paupere lazaro dicitur Luc. xvi. Factum est
autem ut moreretur mendicus et portaretur ab
angelis in sinum abrahe. In sinu locari solent
paruuli. et hec paruula fuit per humilitatem
maria. Can. viii. Soror nostra paruula est.
et cetera. Et quia pre omnibus sanctis paruula fuisse creditur.
ideo pre omnibus sanctis delicacius in sinu fouetur.
merito ille eam in sinu fouet in celo que
in sinu suo ipsa sepe fouit in mundo. Ing

License: public_domain – Cambridge, MA, Harvard University, Houghton Library, MS Lat 5, (seq. 29) – Commentarius in loca S. Scripturae (https://fragmentarium.ms/view/page/F-i1sl/1275/17137)